



Dass

NOT

+

22 2/1

PROGRAMMA PRIMVM
DE
REINERI REINECCII
STEINHEMII
PRIMI HISTORICI HELMSTADIENSIS
MERITIS
IN
OMNEM HISTORIAM
VT ET
ACADEMIAM IVLIAM


PVBLCICE PROPOSITVM
A
FRANCISCO DOMINICO HÆBERLIN
VLMANO
CVM
PROFESSIONEM HISTORIARVM EXTRAORDINARIAM
CLEMENTISSIME SIBI DEMANDATAM
ADIRET
SIMVL
LECTIONES CVM PVBLICAS TVM PRIVATAS
PER
HOC SEMESTRE AESTIVVM
HABENDAS
INDICANS.

HELMSTADII
TYPIS SCHNORRIANIS
A. C. clo lo ccxxxvli.

PROGRAMMA PRIMUM
DE
REINERI REINECCI
PRIMI HISTORICI HELMSTADENSIS
MERITIS
IN
OMNEM HISTORIAM
VI ET
ACADEMIAM IULIAM

FRANCISCO DOMINICO HEBERLIN
PROFESSORIS HISTORIAM EXTRAORDINARIAM
CLEMENTISSIME SUI MANDATAM
ADIRET
SINVA
LECTIONES CVM PVBLCIS TVM PRIVATIS
PER
HOC SEMESTRE AESTIVVM
HABENDAS
INDICANS

HELMSTADII
TYPIS SCHNORRIANIS
A. C. MDCCCXXXV



§. I.

Moris in hac alma Julia Carolina, uti & in aliis Germaniae Academiis, est, ut recens creati Professores Lectiones suas scripto quodam publico intiment. Cum itaque & ego nuper admodum a *Serenissimo CAROLO, Duce Brunsvicensi & Lunenburgensi, Domino ac Principe meo longe clementissimo*, quem Deus servet! in hanc Musarum sedem clementissime fuerim evocatus, quo munia Professoris Historiarum extra ordinem obirem, instituto hoc & laudabili & utili morem gerere, hac qualicunque scriptione annitar. Cogitanti autem de Programmatibus themate nec illustrius, nec personae & muneri meo convenientius in mentem venit, ac istud, quod in titulo indicavi. Primum equidem me apud constitueram, omnem REINECCI, maximi olim academiae Juliae fideris & viri immortalibus in Historiam meritis conspicui, vitae ac scriptorum historiam exponere, cum multa adhuc supplementa iis addi possint, quae alii

A

alii (a) de Biographia ejus conscripserunt; sed iis, quæ ad hunc scopum faciebant, collectis & dispositis, moxprehendebam, librum tunc & haut Programma mihi fore componendum. Hinc prolixiorẽ *de vita, fatis, meritis & scriptis Reineri Reineccii Commentarium* B. C. D. alio tempore dabo, pro tempore autem eo tradam, de quibus in titulo spem meis Lectoribus feci.

§. II.

Antequam ad delineanda REINECCII in omnem historiam merita accedam, certasque classes constituam, in quibus merita ejus elucẽscent; juvat, generalia quædam de eius præceptoribus, ac proprio, quod studiis historicis impendit, studio præmittere. Prius quod attinet, Præceptorẽ in Scholis Hannoverana & Goslaricnsi habuit 10.

GLAN-

- (a) Vitam suam descripsit ipse REINECCIVS in *Narratione de vita Reineri Reineccii*, quam ipse sua manu scriptam paucis ante obitum mensibus ad Henricum Meibomium misit, hic vero Tomo III. *Historiæ Julis*, præfixit, & quædam de vitæ Reineccianæ exitu adjecit. Inde eam delinxit & *Opusculis variis de Westphalia civique doctis aliquot viris* (Helmstad. 1668. 4.) p. 223-225, inseruit JO. GOES, *epitaphium REINECCII & epistolam GLANDORPII* subnectens. E GOESII Tractatu citato hæc *Narratio* translata est a S. R. REINH. HENR. ROLLIO in *Memor. Philos.* ab ipso editarum, *Decad. II. n. III. p. 59-72*, qui & nonnulla alia & imprimis *catalogum Scriptorum Reineccianorum* subiunxit. Præter hanc *Narrationem* ad Biographiam REINECCII multum facit MICH. BOIEMI *conjecturas*, in REINECCII *Libro Epistolarum historiarum* p. 45. a. - 50. a. Ex his fontibus sua depromere IAC. FRISIVS in *Biblioth. Gesneriana amplificata*, p. 721., MART. ZEILLER in *Catal. Historicor.*, P. II. p. 122-124. & P. III. p. 195., IAC. FRID. REIMMANNVS in *der Einleitung in die Historiam literariam der Teutschen*, P. III. *Seck. III. f. P. V. p. 386-397.*, TEISSIER dans ses *Eloges des hommes savans*, T. IV. p. 232. 19., MORERI dans son *Dictionnaire*, T. VI. p. 69. col. a., *Basker allgemeines Lexicon*, T. IV. p. 46. col. b. & p. 47. col. a. forsantque alii.

GIANDORPIVM (b), virum de Scholis optime meritum, cui per integrum quinquennium (c) sedulo adhaesit, eaque addidit, quæ ei postmodum in conscribendis suis scriptis genealogicis multum usui fuerunt. In Academias translatus, Wittebergæ Georgium Fabricium & Casparem Peucerum, Lipsiæ vero Joach. Camerarium sedulo auscultavit, hosque propterea in suis scriptis passim (d) *Præceptores suos fere unicos* celebrat. Sed accedebat in juvene peculiaris quadam cupido, eruditorum quorundam consilio suffulta, Historia studium præ aliis excolendi (e), eratque, ut ipse de se (f) scribit, *φιλομαθης και ζητητικος*; hinc orta indefessa eius rebus historicis navata opera, a summis seculi sui viris depradicata (g), a qua eum nec corpus debile (h), nec

A 2

- (b) Teste REINECCIO ipso, in *Dedic. Syntagm. de familiis*, a. 4. a.
- (c) Vid. REINECCII *Epist. histor. p. 4. b.*
- (d) V. c. in *Familiis Regum Macedontæ E 2. a.*, in *Dedicacione cum familie Seleucidarum A 3. a.*, tum *Syntagmatis de familiis a 4. a.*, porro in *Or. de Historia ejus dignitate p. 35. a.*, edit. Helmstad. 1583. fol. & in fine *Annalium Caroli M.*, ab eo editorum, X. 2. b.
- (e) Sic ipse scribit in *Dedicacione Tractatus von der Meissner ansehglichem Herkommen, A. 4. a: Weil ich aber auch für meine Person, als aus gutem bedencken und Voratz, auch ihrerer Wohlmeinung und Rbat etlicher fürnemer gelehrter Leute, diesem Teil der leblichen Studien, so man historias nennet, mit möglichem Fleis ein Zeitlang obgelegen. &c.*
- (f) In *Epistola ad Henr. Petrum*, inter REINECCII *Epistolas*, subjunctas IVSTI A DRANSFELD *Allocutionibus & Programmat. p. 525.*
- (g) V. c. a FRANC. A DOMSTORF, in *Libro Epist. historicar. Reineccian. p. 29. b.*, a MICH. BARTHIO, *ibid. p. 28. a.*, a GERLACO CALENIO, *ib. p. 43. b.* & ab aliis, quos brevitatæ causa sileo.
- (h) Sic IACOBVS MONAVIVS, in *Epistola ad REINECCIVM*, in *Libro Epp. histor. p. 11. a.*, scribit: *Comperi autem, te corpus tuum, non robustissimum, immoderatis vigiliis, & studiorum atque laborum assiduitate exercere; cf. Epistola PRINCCI, ibidem p. 13. b.*

nec morbi crebriores (i), nec denique fata duriora, summaque, qua nonnunquam premebatur, egestas (k), abstertere poterant, unicas sibi delicias ponens in explicandis, illustrandis ac eruendis rebus ac monumentis historici argumenti. Ad quod stadium, quod decurrere incepit, emetiendum ipsum haut parum permoverunt creberrimæ eruditissimorum istius seculi virorum admonitiones, de quibus cum alia, tum inprimis *Liber epistolarum historiarum ad Reinerum Reineccium* fat luculenter testantur.

§. III.

Generalioribus hisce præmissis, iam ad specialiora progrediar. Maxime autem de historia promeritus est REINECCIVS noster cum ore, tum scriptis. Quamuis enim minime fidem dare possim Consultissimo IO. HVBNERO (l), asserenti, REINECCIVM Francofurti ad Viadrum multo cum applausu historias docuisse, cum plane contrarium appareat ex epistola (m) Primorum aula electoralis Brandenburgicæ, quam REINECCII causâ ad Academiam Francofurtanam miserant; hoc tamen coniectura admodum probabili contendere potest, eum Wittebergæ stu-

(i) De his testantur *Epistole* MONAVII, l. c. p. II. a., FRID. PENSOLDI, *ibid.* p. 12. b., & PETRI ALBINI, *ibid.* p. 25. a. Ipse quoque REINECCIVS in *præloquio ad Emendanda & Adjiacienda*, subjuncto Tomo I. *Hist. Julia*, lll. 1. a., scribit: - me ipsum - *fregere νοσημάτων συντηρηματα.* &c.

(k) Fata REINECCII nostri adversa abunde probant ipsius scripta, eiusque amicorum ad eum aliosque literæ, passim. Cf. v. c. *Epistola* TH. HVBNERI ad IO. COPVM, in *Libro Epp. histor.* p. 20. b. sq., & IO. COCINI ad REINECCIVM, *ib.* p. 24. b. add. *Hujus Dedicat. Wittichindi Annal.* n. 3. b.

(l) In *Bibliotheca Genealogica*, p. m. 8.

(m) Extat hæc epistola, luculentissima meritorum magnæque REINECCII existimationis testis, in EIVS *Libro Epp. histor.* p. 37. a. - 39. a.

IN HISTORIAM ET ACAD. IVLIAM.

studia historica docuisse, cum ipse (n) ad eos provocet, qui opera sua *Wireberge in studiis* (historicis) fuerint usi. Nec dubium est, quin Nobiles quosdam, quorum ephoriam per tempus gessit, in historia annexisque scientiis intruxerit, cum *Nobiles fratres Bernsteinii, Jo. Georgius & Jo. Sigismundus*, in epistolis suis ad REINECCIUM passim, (o) fidelis ejus informationis meminerint. Quæ autem eius hac in re Helmstadii fuerint merita, infra dispi-
ciam.

§. IV.

Dum mihi demonstrandum est, qua ratione REINECCIUS noster scriptis suis de Historia promeruerit; iuvat, certas constituere classes, atque ostendere, quænam sint eius merita, cum circa propædeumata, tum circa omnes reliquas Historiæ partes. Quod propædeumata historica attinet, notanda primum est REINECCIUS nostri *Oratio de Historia, eiusque dignitate, generibus sive partibus, atque inprimis ea, que de gentilitatibus agit, nec non aliis, quæ ad idem argumentum pertinentia moneri utiliter posse, visa sunt* (p), quam in Academia Francofurtana peroravit, cum munus Professoris historici adiret. Spectat & huc *Methodus legendi cogno-*

A 3

gno-

- (n) In *Dedicatione Familie Regum Mæcedoniæ A. 2. b.*
 (o) In *Libro Epp. histor. sæpius citato, p. 15. a. & p. 33. a.*
 (p) Prima vice hæc oratio prodit *Francofurti anno 1580. fol.*, teste *Catalogo Bibliothecæ Bodleianæ, P. II. p. 99. b.* edit. primæ, & *Menckianæ, p. m. 239.* Adducit equidem *Catal. Biblioth. Thuane, P. II. p. 367.* edit. Hamb., *editionem Francofurt. a. 1577. fol.*; sed vitium hic latere, patet ex *epistola CASP. HOFMANNI d. 12. Jul. 1579.* ad REINECCIUM scripta, in *Libro Epp. histor. p. 25. a. sq.*, in qua nimirum ille editionem huius orationis huic suadet. Recognita vero & appendicibus nonnullis aucta, simul cum *Methodo*, typis fuit excipita, *Helmstadii 1583. fol.*, recusa dein cum eadem *Methodo, Francofurti 1670. 4.*, denique *quarta vice* una cum sæpius dicta *Methodo* impressa fuit *Francofurti & Lipsiæ 1685. 4.* B. S T R V I I de hac Oratione iudicium vide sis in ejus *Bibliotheca historica*, ab ILL. BVDERO locupletata, p. m. 13. Contenta orationis enumerat REIMMANNVS in *Hist. liter. Germ. P. V. p. 397.*

gnoscendique Historiam tam sacram, quam profanam (q), quam in usum Serenissimi HENRICI IVLII, Ducis Brunsvico-Lunaburgensis, atque Episcopi Halberstadiensis, conscripsit (r), & de qua ARNOLDVS FREITAGIVS, modo laudati HENRICI IVLII aule Magister, in epistola ad REINECCIVM (s) præclare ita iudicat: si effeceris, ut -- tuam illam historicam methodum -- quamprimum in lucem edas, iuvabis haud dubie multorum studia, sternes ad opus tuum viam, facies, ut cum-fructu a pluribus Historia legatur, & ratio demum tui instituti magis magisque summo cum reip. literariæ emolumento innotescet. Laudant etiam iure meritoque hanc Methodum DAVID CHYTRÆVS (t), BARTHOLOMÆUS KECKERMANNVS (v) & B. STRVVIVS (x), quavis horum duo posteriores nonnulla in ea desiderent.

§. V.

- (q) Prima huius libri editio est Helmstadiensis a. 1583. fol., excudente Lucio Transylvano, cui plura alia, v. c. Oratio modo memorata, Panegyricus in Henricum Julium, Commentatiuncula de Widechindo Magno &c. & Liber Epistolarum historicarum ad Rein. Reineccium, accessere. Secunda editio prodiit Francofurti 1670. 4., minimeque ut REIMMANNO, l. modo c. p. 305. videtur, Helmstadii 1660. 4., & tertia lucem vidit Francof. & Lipsiæ 1685. 4., in quibus duobus posterioribus vero Liber epistolarum historicarum est omissus.
- (r) Sic ipse REINECCIVS in Dedic. Methodi, A. 3. 1., edit. primæ, scribit: Caterum ut ad hoc institutum, HENRICE IVLI. Princ. Excell. T. auspiciis asciscerem, causæ sane variæ & multipliciter occurrebant, eæ tamen principes, quod Methodus primum in Excell. T. usum conscripta esset &c.
- (s) In Libro Epist. histor. p. 53. a. 14.
- (t) In præfixa huic Methodo Epistola, A. 4. 1. - A. 7. b. Extat etiam hæc Epistola in DAV. CHYTRÆI Epistolis, ab ejus filio homonymo editis, p. 419. 425.
- (u) In de natura & proprietatibus Historia, in Auctarii cap. 2. §. 8., Operum eius, Tom. II. col. 1365.
- (x) In Biblioth. historica, p. 13. edit. recent. conf. REIMMANNVS, l. c. p. 305. 14.

§. V.

Exspatiabor iam ad *studium Genealogicum*, sine cuius solida & perfecta cognitione nemo in ipsa Historia cum fructu proficere poterit. Quo magis autem scientia hæc iucundissima ante REINECCII nostri tempora neglecta fuerit (y), eo magis deprecanda sunt eius merita, quod primus hanc artem iterum in lucem posuerit. Quam utilis vero & necessarius susceptus hac in re REINECCII labor fuerit, summi istius seculi eruditi agnoverunt, quos inter unicum CASP. PEVCERVUM (z) allegasse sufficiat. Factum hinc est, ut, simulac eruditis de REINECCII proposito innotuerit, hi certatim eum ad continuandum & perficiendum opus genealogicum admonuerint (a), quin imo adiuverint, cum transmittendo numos veteres ad exornandas familias eius (b), tum commodando e Bibliothecis suis libros ad institutum hoc necessarios (c).

§. VI.

- (y) Sic ipse REINECCIVS, in *Dedic. P. I. Hist. Juliae*, a. 2. b., scribit: -- *solum se hactenus iacuit, & ita iacuit, ut attentarim quidem multi, sed iusta rei natura exquisitioe & exploratione, non dico absoluerit, sed opera pretium fecerit nemo.* conf. EIVS *Dedic. Annal. Wittichindi*, a. 3. b., DAN. PRINCII *Epistola*, in *Libro Epp. hist. p. 14. a.* & REIMMANNVS in *de libris geneal. Sect. I. p. 40. sq. not. 48.*
- (z) Vide EIVS *epistolam, præfixam P. I. Historiæ Juliae*, c. 2. b. -- c. 3. b.
- (a) Spectant huc *Epistolæ* FRANC. A. DOMSTORF, in *Libro Epp. hist. p. 8. b.*, ALB. LENICERII, *ibid. p. 20. b.*, DAN. PRINCII, *ib. p. 13. b.*, OBERTI GIPHANII, *ib. p. 17. b.*, HENINGI HAMELII, *ib. p. 20. b.*, HARTMANNI VISTORII, *ib. p. 28. b. sq.*, ut alios sileam.
- (b) Numos ei misit GE. FABRICIVS, vid. EIVS *Epistolas* in *Libro Epp. hist. p. 5. b.*, 6. a., 7. b., PHILIPPVS PYRENEVS, *ib. p. 9. a.*, CASP. PEVCERVVS, *ibid. p. 20. a.*, LVDOV. CAMERARIVS, *ibid. p. 19. b.*, aliique. Conf. REINECCII *familia RR. Macedon.* E. 2. a.
- (c) Bibliothecarum suarum usum ei impertierunt, v. c. laudatus DOMSTORFIVS, teste *Libro Epp. hist.*, p. 29. b., IACOBVS MO-

§. VI.

Scire, & iucundum & utile erit, qua ratione REINECCIVS in componendis suis scriptis genealogicis processerit. Optimus huius rei testis erit ipse REINECCIVS, cuius propterea verba (d) huc transferemus, quæ ita se habent: -- primum rudi Minerva, seu instar rudimenti nuda nomenclatione Genealogias quasdam adumbravi. Cum dein de paulatim profecissem, meque confirmassem, nonnulla de rebus gestis aspersi & ad editionem animum appuli. Nec caruere orsa nostra aliorum commendatione. Qua re magis magisque excitatus, sic demum de plenioribus explicationibus cogitationem suscepi, sed ut in regnis singulis periculum fecerim. Hic vehementius nobis applaudi, inprimis iis, quibus vel tyrocinium, vel suppetias deberem, συμπληρωσας agere. Itaque -- eo ipso nobis specimina elici, quibus Regna quædam copulata in medium proferrentur. Atque in iis hæcenus περιγραφομενα nostra subsistere, ea intelligentium, ea reliquorum φιλοιστοριων gratulatione & approbatione excepta, quam epistolarum historicarum volumen nostrum testificatur. Nam ut συμπληρωσας & integram συνεχεως producere liceret, alia quapiam via ingrediendum mihi animadverti. Quæ scilicet erat autorum omnis generis, qui ex antiquitate omni supererant, & quorum habere copiam possem, accurata lectio, sic ut porro cæteri, qui ad recentiora & hæc nostra tempora processissent, adiungerentur. -- Dumque iis & curis & occupationibus, eo quasi apparatu, distineor -- factum est --, ut annales quosdam evulgarim &c. -- Interim de mora illa alii alia suspicari, plerique etiam indignari, stomachari, mordere clanculum, calumniari (coeperunt). -- Inprimis a-

NAVIVS, *ibid.* p. 36. a & b, MICHAEL NEANDER, *ibid.* p. 42. a., ut alios silentio pream.

(d) Desumpta hæc verba sunt ex *Dedic. P. I. Historiæ Julæ*, a. 2. b. 599.

mici varias machinas, varia calcaria adhibere, ne inflammata multorum expectationem fallerem, sed postrema cum primis contexerem. At ipse nequaquam cunctando, multoque minus feriando, sed durando, non quidem tantæ rerum moli, tam arduis conatibus succumbere, sed quandoque defatigari, sæpenumero valetudine & aliis id genus adversis casibus tardari. Quæ enim totius orbis Historiæ enucleatione vastitas penetranda? ut nunc in opinionum discrepantium salebris & tesquis hærendum? nunc in autorum naufragiis periclitandum? nunc in coniecturarum fluctibus velificandum? ut nisi virgula divina, ἢ ὁ Θεὸς ἀπὸ πανταίων πρᾶστο sit, vitæ ulla industria eluctari possit &c. Patet ex hoc prolixo REINECCII loco, non modo qua ratione immortale eius de genealogiis opus ortum fuerit, sed & quantum studii ei impenderit, quo etiam faciunt alia in scriptis ejus obvia loca (e), ubi de laboribus & molestiis eapropter devoratis mentionem facit. Quo autem limatiores in lucem prodirent REINECCII nostri genealogiæ, ipse, dum primam operi admovebat manum, Familias suas CASP. PEVCERO (f) & G. E. FABRICIO (g) aliisque MStas misit, eorum iudicia & correctiones expetens.

§. VII.

Testes insignium REINECCII nostri in genealogiam meritum iam allegabo præclaros ipsius ingenii fetus. Postquam enim iam ante a. 1567. de colligendis antiquorum Regum genealogiis cogitaverat (h); tandem, uti e-

B

qui-

(e) v. c. in *Dedicatione Familie RR. Macedoniae, A. 4. a.* & in *Syn-tagmate de Familiis, T. I. p. 564.*

(f) vid. EIVS *epistolam, in Libro epp. histor. p. 14. a.*

(g) Testantur hoc variæ FABRICII *epistole, in Libro epp. histor. p. 7. b., 8. a., 10. b.*

(h) Spectant hæc verba ex *epistola 10. BANNONIS, prid. Kal. Aug. 1567. ad REINECCIVM scripta, in Libro epp. histor. p. 5. a; malle igitur, & eum, quam cepisti tenere, in colligendis antiquorum Regum genealogiis, cursum gnauiter urge.*

quidem mihi videtur, primo in publicum emisit *Familiam Regum Macedoniæ*, & quidem, nisi omnia me fallunt, anno 1568. (i), postea recusam a. 1571. *Lipsiæ* 4. Secuta hanc sunt alia familiae, & quidem a. 1570. *Regum Ponticorum* (k), *Perfidarum*, *Achæmenidarum*, atque *Regum Numidiæ* (l). Anno 1571. edidit *Familias Arsacidarum* (m), *Seleucidarum*, additis *Regibus Comagenæ & Bithyniæ* (n), *Regum Thebanorum* (o), *Armeniorum & Pergamenorum* (p), denique

- (i) Eam iam a. 1568. editam fuisse, colligo, ex *epistola PEVCERII d. s. Mart. 1568.* data, in *Libr. epp. histor. p. 7. a. sq.*, in qua PEVCERVS nonnulla circa hanc genealogiam monet, denique vero hunc in modum literas suas finit: *sed de his que scribi possent, neque hæc capit epistola, neque fert tempus. Mihi editio curæ erit.* Ipse insuper REINECCIVS in *Dedicatone* editionis a. 1571. tellis est, iam antea hunc libellum typis fuisse exscriptum.
- (k) Hunc libellum iam a. 1568. GE. FABRICIO MStain miserat REINECCIVS noster, v. ILLIVS *epp. in Libro epp. histor. p. 7. b.*; prodiit postea *Lipsiæ* 1570. 4.
- (l) Quo loco, quare forma hi commentarii prodierint, cum ignarissimis scio, hoc autem anno eos excusos fuisse, patet ex *epistola MART. MYLII, d. 18. Nov. 1570.* ad REINECCIVM data, in *Libro epp. histor. p. 9. b.*, ubi verba: *Que autem in monumentis tuis videre mihi contigit, sunt --- Familia Perfidarum & Achæmenidarum, Reges Numidiæ.*
- (m) Hic libellus fuit impressus *Lipsiæ in 4to.*
- (n) Locus impressionis neque in titulo, neque in fine libelli annotatus est, *Dedicatio* autem data est *Lipsiæ Cal. Maii 1571.*, forma est 8. De subiunctis *Regibus Bithynicis* ipse in *Dedicatone, A. 4. a.*, scribit: *Bithynicam historiam repetimus, ceu potius immutavimus libentius, quod que antea collegeramus, essent & ἀνεὲς ἐφ' αὐτῶν πόλιν: δευτεροὶ γὰρ Ἰσπριδὲς ἐσφωρεῖται.*
- (o) Titulus libelli equidem præ se fert, ac si demum *Lipsiæ* 1572. 8. prodiisset, verum anno iam superiori in lucem fuit emissus hic commentarius, quod indicat CESARIS A BREITENBACH *epistola, Cal. Ian. 1572.* ad REINECCIVM scripta, in *Libro epp. histor. pag. 13. a. sq.*, ita inchoans: *tradidit mihi besterno die puer, qui has reddit, commentarium de regum Thebanorum familiis, cum doctæ, tum rotunde abs te conscriptum, meoque nomini consecratum.*
- (p) Cf. hic *epistola DAN. PRINCII*, in *Libro epp. histor. p. 13. b.*

Argivorum & Mycenæorum (q). Sequenti anno 1572. infesta REINECCII nostri cura lucem aspexerunt *Familia Lagidarum*, adiectis *Regibus Cyrenæis, Numidiæ*, qui iam a 1570. prodierant, & *Mauritaniæ* (r), *Regum Mediæ & Bactrianae* (s) & *Regum Iudeorum Asmonæorum* (t).

§. VIII.

His commentariolis, & forte nonnullis aliis (u), in publicum emissis, varii, interque hos præcipue G. E. FABRICIUS optarunt (x), ut quæ hucusque separatim editisset, in corpus quoddam redigeret, typisque imprimi curaret.

B 2

raret.

(q) Hos commentarios anno 1571. Mstos vidit G. E. FABRICIUS, vid. EIVS *epistolam*, l. c. p. 10. b., & typis eodem adhuc anno *forma sua* fuerunt exscripti, locus vero non fuit additus.

(r) *Lipsiæ* 1572. 8. In præmissa *Dedicatione* p. 10. scribit: -- *quæ quidem de causa te quoque Degenbarde* (ab Hirsfeld) *memini, de eodem hoc argumento quasi amplexus nostras superioribus annis tibi inscribi & sumtibus tuis edi, passum.*

(s) Prodierunt *Lipsiæ* 1572. 8.

(t) Hic libellus itidem *Lipsiæ* 1572. 8. typis fuit exscriptus.

(u) Referendi hic sine dubio sunt *Commentarii* EIVS *de Regibus Parthicis*, quorum FABRICIUS in *ep. suis* a. 1568. ad REINECCIVM scriptis, l. c. p. 7. b. & s. a., mentionem facit, quos tamen oculis cernere, hucusque mihi non fuit datum. HUBNERVS equidem, in *Bibliotheca geneal.* p. 9., asserit, prodidisse etiam a. 1572. *Reger Spartanor & Messenior*, sed eum hac in re labi merito conicio ex *epistola* P. F. TRI ALBINI, V. *Id. Maii* 1576. ad REINECCIVM scripta, in *Libro* *ep. histor.* p. 22. a. sq.

(x) Sic V. C. FRID. PENSOLDVS in *epist.*, VI. *Kal. Quintil.* 1571. ad REINECCIVM data, in *Libro* *ep. histor.* p. 12. b., scribit: *vellet autem* (Fabricius) *operas tuas seorsim nunc editas, aliquando coniunctas prodire, sic enim fore existimat, ut res illa existimationem & celebritatem nominis tui augeat, & ad alia impetranda occasionem & viam patefaciat.* Cf. *epistola* 16. G. E. A. BERNSTEIN, *ib.* p. 15. a.

raret. Natum hinc est EIVS *Syntagma de Familiis, que in Monarchiis tribus prioribus rerum posita sunt* (y), quod opus maximi æstimavit & impense laudavit IOACH CAMERARIUS, in præfixa *Tomo I. epistola*, & DAVID CHYTRÆVS optimo iure illud vocavit (z) *εὐαργῆν ὑπερβριμὰν ἀδ' ἐλέγξιν τὰν σακρῶν βιβλιῶν, ἢ ἁλὶν ἀπορῶν ἐν ἀμφὶν τῶν ἀπορῶν* uberrimam ad lectionem tam sacrorum Bibliorum, quam aliorum bonorum in utraque lingua auctorum. OBERTVS GIPHANIUS vero de hoc libro ita iudicat (a): *de Syntagma tuo non dubito, quin plerosque omnes, antiquitatis & rerum gestarum peritos ac studiosos ὀφειλομένους habeam*. Facili negotio cumulari possent & aliorum elogia huic operi impertita, quæ tamen brevitatis causa mitto, atque hoc unicum adhuc monco, PETRVM ALBINVM suaforem REINECCIO nostro extitisse (b), ut *Syntagma* hoc in germanicam transferret linguam.

§. IX.

Evocatus dein a. 1582. REINECCIVS noster in *Academiam Iuliam*, ut opus historicum, cuius elaborationem bene multis annis in manibus habuisset, & de quo diuersis iam

(y) Prodiit *Tomus I. Basilee 1574. mense Martio fol. ex officina Henric. Petrina, Tomus II. ibid. anno & mense iisdem, Tomus III. ibidem anno, ut videtur, 1575.* Memorant equidem *Catalogus Biblioth. Thuanae, P. I. p. 468.*, editionem *Basileensem a. 1580 fol.*, & HUBNERVS, in *Biblioth. general. p. m. o.*, item *Basileensem a. 1592 fol.* hanc vero nunquam extitisse, peritissimus sum. Rarioribus libris hoc *Syntagma* accenset REIMANNVS in *de Libris genealog.*, *Sect. II. p. 163. sq.* Erat olim in cuiusdam *Reactoris Magdeburgensis*, cuius nomen excidit, *Bibliotheca, Guelpherbyti publica* auctionis lege dividendi, exemplum huius operis, ultra dimidiam partem ipsius REINECCII manu auctum, atque hinc inde emendatum.

(z) In *epistola sua*, præmissa REINECCII *Methodo legendi historiam, A. 5. a. sq.*

(a) In *epistola ad REINECCIVM, l. 6. p. 20. a.*

(b) Vid. EIVS *epistolam*, in *Libro epp. histor. p. 23. b.*

voluminibus specimen edidisset, denique quod doctissimorum virorum commendationem promerisset, & ad totam antiquitatem, adeoque omnes bonos auctores illustrandos pertinere videretur, pertexeret, itaque pertexeret, ut tam latina, quam germanica lingua in lucem prodiret (c); ipse nil prius, nil antiquius habebat, quam ut muneri demandato faceret fatis. Factum hinc est, ut anno iam 1588. primam Historiæ suæ Iuliæ partem absoluerit (d). Verum cum ipsam operis editionem vel Bibliopola, vel alia ignota causa remorarentur, edidit interea REINECCIUS noster, ne otiosus videretur, a. 1588. Familiam Regum Persicorum (e), postea ab HENR. MEIBOMIO germanice translata, atque editam (f), ut & a. 1589. IO. GLANDORPII, Præceptoris sui, Onomasticon historiæ Romanæ (g), quo ipso genealogias veteres Romanas non parum illustravit.

B 3

S. X.

- (c) Verba hæc sunt ipsius REINECCII, desumpta ex eius primo *Programmate ad Studiosos Historiarum in Academia Iulia*, publice proposito d. Pentecostes a. 1582., & subiuncto citatæ *Methodo Reinecciane*, p. 29. b. sq. edit. primæ. Cf. *Dedic. epistol. histor. p. 2. a.* & ERNESTI, Comititis Schawenburgici, *epigramma in Historiam Iuliam R. Reineccii*, præmissum *T. I. Histor. Iuliæ*, b. 3. a., ex quo ultimum distichon huc transcribere liceat:

Ocia dum Princeps facit ipse, negotia Regum
Tractabis calamo docte Renere tuo.

- (d) Testatur hoc ipse REINECCIUS in *epistola*, d. 4. Maii b. a. ad HENR. PETREVM scripta, in calce *Programmatum IVSTI A DRANSFELD*, p. 516.
(e) Prodiit hic libellus *Helmstadii 1588. 8.*
(f) Et quidem *Helmstadii 1590. 4.*
(g) Meminit huius *Onomastici*, eiusque proxime insequendæ editionis REINECCIUS in *epistola* ad H. PETREVM, nota anteced. (d) allegata. Hoc opus typis fuit exscriptum *Francosurii 1589. fol.*, de quo libro ipse REINECCIUS iudicium tulit, cum in præmissa *Dedicatione*, tum in *epistola ad IVSTVM LIPSIVM*, in *BVRMANNI Sylloge epistolarum a viris illustr. scriptarum*, T. I. p. 266.

§. X.

Reliquum est, ut, de meritis REINECCII in genealogiam acturus, eo pleniorē atque accuratiorē notitiam conscriptā ab eo *Historiæ Julię* tradam, quo maiorem famam hoc ipsum opus beato viro conciliavit. Et sane laude sua non defraudandus est REINECCIVS noster, cum primus fuerit, qui istiusmodi universale scriptum genealogicum in lucem emisit(h). Sciagraphiam eius anno 1582. cum LAEVINO A BORSTEL, Divi *Henrici Julii* Consiliario, ARNOLDO FREITAGIO, aliisque eruditis viris communicaverat (i), qui non modo opus laudarunt, sed & b. Virum ad scriptum hoc quam proxime edendum omni modo incitarunt (k). Lucem itaque vidit *Historiæ Julię* sive *Syntagmatis Heroici Pars prima, Helmsbadii 1594. folio, typis IACOBI LVCIJ, sumptibus AMBROSII KIRCHNERI, munita Privilegiis Sacratiss. Cæs. Majest., Regis Galliar. & Regiæ Angliæ.* Titulus, Dedicatio, præfixa carmina & epistolæ complectuntur folia sedecim, textus vergit usque ad pag. 644., sequuntur tum folia XII. Indicis, & denique stemmata Familiarum XCVII. paginas complent. Dedicatio data est ad Divos IVLIUM, eiusque filium

(h) Sic ipse REINECCIVS in *Dedic. P. I. Hist. Julię*, postquam varia exempla scriptorum, quæ munificentia summorum impendantur publici iuris facta sunt, enumeravit, de opere suo, b. i. b. sq., ita scribit: *cum nostræ expositiones diuissimorum contraxerit represserint, neque id in argumento tractatio, aut ab aliis ante explanato, sed quod nunc primum prodeat.* Cf. REIMMANNVS in *de libris genealog.*, Sect. I. p. 63. sq.

(i) Vid. BORSTELII & FREITAGII epistolæ ad REINECCIVM, in *Libro epp. histor.*, illam p. 39. b., & hanc p. 52. a.

(k) Cf. locos nota anteced. allegatos; add. epistolæ DAV. CHYTREI, cum præfixam *Methodo Reineccianæ A. 5. b.*, tum extantem in CHYTREI *epp. iunctim editis p. 679.*, item litteras GE. A. BERNSTEIN, in *Libro epp. histor. p. 28. a.*, IO. SAMBUCI, *ibid. p. 42. a. sq.* & MATTHEI DRESSERI, *ib. p. 47. a.*

filium HENRICVM IVLIVM, Duces Brunsvico-Lunaburgenses & subnotata: ex acad. Iulia Helmæstad. m. Martii D. VI. MDLXXXVIII. Dedicacionem excipiunt varia Patronorum atque Amicorum REINECCII carmina, & latina & græca, sequuntur tum epistolæ CASP. PEVCERI & MATTHÆI DRESSERI, opus diiudicantes & laudantes, ipsum dein opus, præmissis quibusdam Prolegomenis, inchoat, cui subiunctus est copiosissimus index, huic vero emendanda & adicienda, & his stemmata familiarum, in tabulas generalogicas redacta, subnexa sunt. Quod denique titulum operis, viz. *Historiæ Iuliæ sive Syntagmatis heroici* concertnit, rationem eius ipsius REINECCII (1) verbis exponam, quæ ita sese habent: *Modo addidi HISTORIÆ IVLIÆ sive Syntagmatis Heroici partem primam. Nam illam quidem appellationem de auspicio, de prolixo patrocinio, de regia schola vestra, quam alter condidisset, & in præcipuis ditionis suæ rebus numeraret, alter perpetui Rectoris munere administraret; hanc de argumento stirpis vestræ præaltæ, vestramque ipsorum prærogativam, genium, virtutem, merita representante ferre opus id volui.* Alibi (m) etiam REINECCIVS noster debita cum animi obsevantia prædicat, quod opus suum auctoritate, iussu, sumtu, ductu & patrocinio incomparabilium Heroum, IVLII patris & HENRICI IVLII filii publici iuris fuerit factum.

§. XI.

Contenta equidem *Historiæ Iuliæ Reinecciane*, teste REIMMANNO, (n) breviter recensuit PAVLVS BOLDVANVS (o). Verum cum nec BOLDVANI liber, nec REINECCII opus

(1) Desumpta hæc sunt ex *Dedic. P. I. Historiæ Iuliæ, a. z. a. sq.*

(m) V. c. in hac ipsa *P. I. Hist. Iuliæ Dedic.*, b. i. a. & b. i. b., item in *Dedic. P. II.* (4. a., & in *Or. Fun. D. Iulio a REINECCIO habita*, D. i. b.

(n) In *de libris genealog.*, Sect. I. p. 63. not. 74).

(o) In *Bibliotheca historica*, p. 50. edit. a. 1620.

opus in multorum manibus versetur, lectoribus meis laborem non ingratum me esse suscepturum, spero, si accuratiorem *Historiae Iuliae* recensitionem suppeditavero. Opus suum REINECCIVS, ut ipse (p) testis est, disposuit iuxta quatuor Monarchias, in colosso Danielis repraesentatas. Prima itaque pars tractat *Monarchiam primam*, cui praemisit *Prolegomena* (q), in quibus agit 1) de gentium origine, denominationibus, migrationibus, excidiis, distinctione, a pag. 1-17., 2) de imperiorum primordiis, generibus, vicissitudinibus, a p. 17-24., 3) de iis, quae familias imperiosas spectant, a pag. 24-30. 4) de antiquitate in genere & opposita huic novitate, a pag. 30-35., 5) de operis ipsius elaboratione & auctoribus, quorum ductu & testimoniis usus est, a pag. 36-43. Quod elaborationem *primae huius Partis* attinet, ipse REINECCIVS (r) fatetur, in eo componendo plurimum negotii sibi faceffisse fabulas & narrationes fabulis simillimas, sed ostendere eam simul ethnica religionis, simul artium primordia & progressus. Auctorum, quorum testimonio suffultus hoc opus confecit, longum sagma recensuit in modo memoratis *Prolegomenis* p. 39-43., nec contentus erat, praemisisse, ad morem istius aevi Historicorum, nudam Auctorum nomenclaturam, sed insuper in ipso textu primus loca Scriptorum

pro-

(p) Verba eius in *Dedic. P. II. Hist. Iuliae*, (2. a. sq.), haec sunt: *Scimus autem, aliis temporibus alia imperia floruisse, perpetua nulla esse fuisse, futura esse; scimus, ipsamet non parum specie & forma discrepare. Caput tamen illud, quod Daniel vates quatuor veluti dicitur definit. Hec vulgo Monarchias indigitamus. -- Nobis quoque, ubi ad hanc descriptionem animum appulimus, eundem sequi ductum placuit. Quemadmodum igitur prima operis nostri partem Monarchiam primam & caetera imperiorum generum, quae in eam incidere, dedimus, sic secunda Monarchiam secundam cum coetaneorum imperiorum classe damus.*

(q) A pagina 1. usque ad pag. 43.

(r) in *Dedic. P. I. Hist. Iuliae a. 5. a.*

probantia quoad libros, capita & paginas sedulo annotavit, merito eapropter a I O. GERH. VOSSIO (s) laudatus.

§. XII.

Orditur itaque prima *Historiæ Julæ pars in Monarchia Chaldeorum & Assyriorum*, & principe loco, præmissis novis *Prolegomenis* a p. 44-50., exponit *Familias Monarcharum Chaldeorum & Assyriorum* a pag. 51-66. Deinde, a pag. 67. usque ad *finem Partis primæ* sive p. 643., tradit *quinquaginta tria alia regna celebriora & notiora*, quæ in tempora primæ Monarchiæ inciderunt, eorumque Regum genealogias contextit. Hoc autem ordine Regna hæc sese excipiunt: I) in ASIA: 1) *Regnum Chanaanæum*, a p. 69 - 72, 2) *Palestinum*, 73-76., 3) *Moabiticum*, 77-79., 4) *Ammoniticum*, 80. sq., 5) *Madianiticum*, 82-84., 6) *Idumeum*, 85-91., 7) *Israëliticum*, scissum deinde in a) *Hierosolymitanum* familiæ Davidis & b) *Samaritanum* decem tribuum, 91-135., 8) *Phoeniceum* triplex a) *Sidoniarum*, b) *Tyriorum*, c) *Aradiorum*, 136-149., 9) *Syriacum* quadruplex a) *Damascenum*, b) *Sophenum*, c) *Hemathense*, d) *Gessurense*, 150-157., 10) *Phrygium* 158-165., 11) *Troianum*, 166-193., 12) *Mystum*, seu *Teuthranicum* & *Pergamenum*, 194-197., 13) *Lycium*, 198-201., 14) *Lydiæ*, 202-212., 15) *Scythicum*, 213-218., 16) *Amazonicum*, 219-226., 17) *Rhodium*, 227-232., 18) *Cretense*, 233-244. II) in AFRICA: 19) *Regnum Ægyptium*, a pag. 245-272., 20) *Cyrenaicum*, 273-278., 21) *Æthiopicum*, 279-287. Sequuntur tum III) Regna EUROPAEÆ, quibus præmisit, a pag. 288-292., *Græciæ*, & a pag. 293-302. *Peloponnesi Antiquitates*. Hæc regna autem hunc ordinem tenent: 22) *Regnum Sicyonium*, a pag. 303-307., 23) *Argivum*, 308-329., 24) *Mycenæum*, 329-354., 25) *Spartanum*, cum appendice de familia *Lysandri*, 354-383., 26) *Messeniacum*, cui ex eadem stirpe

(s) In de natura artium L. II. c. 13., operum FIVS T. III. p. 55. a.

pe inferti Reges *Bæotia & Thessalici, Iolci & Pherarum*, 384-402., 27) *Pherense*, cum aliarum familiarum, tum *Asclepiadarum*, 403-419., 28) *Oecbaliense*, 420. sq., 29) *Arcadicum*, 422-434., 30) *Eleum*, 435-444., 31) *Corinthiacum*, 444-459., 32) *Atheniense*, cum appendice de familiis *Alemonidarum & Codridarum*, 406-501., 33) *Thibanum*, cum appendice de *Spartis*, 502-524., 34) *Locrense*, 525. sq., 35) *Actolicum*, 527-537., 36) *Pelagicum*, 537. sq., 37-42) Regna aliquot coniuncta, viz. a) *Phocense*, b) *Aegineum*, c) *Phthium*, d) *Salaminium*, e) *Cephalenium*, f) *Ithacense*, quorum Reges omnes e posteritate *Deionis & Aeacidarum*, cum appendice de familia *Callie*, a pag. 538-568., 43) *Thessalicum* triplex a) *Perrheborum*, b) *Ormeniense*, c) *Lapitharum*, cum subiecta appendice de *Scopadis & Archis*, 569-583., 44) *Euboicum*, 583--586., 45) *Scyrium*, 586. sq., 46) *Latinum & Albanum*, 588-606., 48) *Romanum*, 607-622., 49) *Tyrrhenum*, 623-632., 50) *Ligusticum*, 633-635., 51) *Celticum*, 636. seq., 52) *Celtibericum*, 637-641., & tandem 53) *Regnum Teutonicum*, pag. 642. sq. Horum, quos modo recensui, regnorum, cum primis Europæorum, expositiones nonnullæ, numis quibusdam ligno affabre insculptis, sunt exornata, oculosque lectorum pascunt.

§. XIII.

Excipiebatur cum multo ac magno eruditorum applausu *prima Pars Historiæ Iulie*, toties expectata & tam diu expectata, quam statim subsequenti anno, nimirum *M D X C V.*, sequebatur *Pars secunda*, comprehendens (uî titulus fert,) *Monarchiam secundam, quæ censetur Regnis Medorum & Persarum: comprehendens distincte & singularim reliqua eiusdem temporis imperia, id est Regna XVI., Dynastiam unam, Tyrannides XIX., Respublicas XIV., munita iterum privilegiis Casareo, Regis Galliæ & Reginiæ Angliæ, Helmstadii, typis Iacobi Lucii, sumptibus Ambrosii Kirchneri, Bibliopole Magdeburgensis, in folio. Dedicatio data est ad CHRISTIANVM IV., Regem Daniæ &c., & scripta ex Acad.*

Acad. Iulia Helmstad. M. Novembr. D. XXIV. cIo Io XCIV.
 Sequuntur eam Melos PAVLI MELISSI & FRID. TAYB-
 MANNI, tam ad R. CHRISTIANVM, quam ad REINEC-
 CIVM, titulus vero, dedicatio & hæc carmina comple-
 ctuntur folia octo. Ipsum opus explet paginas sexcentas,
 p. 601. sq. extat REINECCII Epistola ad ARNOLDVM
 WITTFELDVM, Regni Danici Cancellarium, data Helm-
 stadii d. 26. Ian. 1595., & pag. 603. alia REINECCII epistola,
 eodem die & anno scripta ad HENRICVM RAMELIVM, Ger-
 manici nominis Danor. Cancellarium. Has litteras excipi-
 ens Index comprehendit folia nouem, cui subiuncta pagi-
 na una Emendandorum & Adiciendorum, denique stemma-
 mata Familiarum vergunt a pag. 1-59. In ipso opere a-
 gmen iterum ducunt Regna & Familie Regum 1) Medo-
 rum, a pag. 1-13. & 2) Persarum a pag. 14-59., tum p.
 60-63. extat introductio seu nomenclator reliquarum Mo-
 narchiarum, Dynastie, Tyrannidum & Rerumpublicarum,
 quæ Monarchia secundæ tempore claruerunt. Quod I)
 Regna attinet, recensentur A) ex ASIA: 1) Regnum Sacæ-
 um, a pag. 63-68., 2) Massageticum, 68-70., 3) Cilici-
 um, 71-76., 4) Caricum, 76-84., 5) Bosporanum, 85-90.,
 6) Cyprium, & præcipue Salaminium Teucidarum, 91-101.;
 B) ex AFRICA: 7) Regnum Ægyptium, p. 101-104.; C)
 ex EVROPA: 8) Regnum Thracium ποδλυπες, 105-136.,
 9) Macedonicum Elymiotarum & Lyncestarum, 137-140.,
 10) Pæonicum & Pannonicum, 141-147., 11) Epiroticum,
 inprimis Molossicum Pyrrhidarum, 147-169., 12) Geticum,
 169-183., 13) Dacicum, 184-193., 14) Mysium triplex, Dar-
 danorum, Triballorum & Mysorum, 194-197., 15) Scythi-
 cum, 198-206., & denique 16) Celticum iteratum & plenius
 expositum, a pag. 207-245. Regna excipit II) Dynastia uni-
 ca & quidem Iudaica, a pag. 246-252., cum qua appendi-
 ces due coniunctæ sunt, a) de Pontificum familiis, 252-287.,
 & b) de Samaritanis, 288-291. Sequuntur III) Tyrannides
 & quidem A) in ASIA: 1) Hellepontie, a pag. 292-295., 2)

Ionice quinque, 295-297., viz. a) *Milesia*, 298-303., b) *Pbo-cænsis*, 303. sq., c) *Ephestia*, 305-308., d) *Cbia*, 309-311., e) *Samia*, 311-318., 3) *Aeolicæ duæ*, 319-321., nimirum a) *Cumæa*, 321. sq., & b) *Lesbia*, 322-328., 4) *Atarnensis*, 328-330., 5) *Heracliensis*, 330-334., 6) *Sinopensis*, 335. sq., 7) *Naxia*, 336. sq., 8) *Coa*, 338-341.; B) in EVROPA: 9) *Sicyonia*, 341-348., 10) *Argiva*, 348-352., 11) *Epidauria*, 352-354., 12) *Phliasia*, 354-359., 13) *Messenia*, 360. sq., 14) *Megarensis*, 361-365., 15) *Oeanthenfis*, 365. sq., 16) *Thessalica*, & potissimum *Pheræa*, 366-373., 17) *Eubotæa*, 373-376., 18) *Sicula tredecim*, 377-383., scilicet a) *Leontina*, 384-386., b) *Agriantina*, 387-390., c) *Geloa*, 390. sq., d) *Syracufana*, 392-426., e) *Zanclæa* seu *Messanenfis*, 427. sq., f) *Himerensis*, 429. sq., g) *Catanensis*, 430. sq., h) *Æinea*, 432., i) *Apolloniensis*, 432., k) *Selinuntia*, 433., l) *Taurominitana*, 434. sq., m) *Agryrina*, 436., & n) *Centuripina*, 437., 19) *Italice quatuor*, 437. sq., viz. a) *Rhegina*, 438-443., b) *Cumana*, 443-445., c) *Sybaritica*, 445-448., & d) *Eleatica*, 449. Ultimo loco occurrunt *Respublicæ XIV.*, pag. 450., & quidem A) in AFRICA: 1) *Carthagenensis*, a pag. 450-486.; B) in EVROPA: 2) *Atheniensis*, 486-524., 3) *Ithebana*, 524-538., 4) *Pbocensis*, 538-547., 5) *Aeginea*, 548-551., 6) *Crotoniensis*, 552-558., 7) *Locrensis*, 558-562., 8) *Tarentina*, 563-573., 9) *Romana*, 574-579., 10) *Campana*, 580-585., 11) *Sabina*, 585-588., 12) *Samnitica*, 589-594., 13) *Lucana*, 595-597., & denique 14) *Brutia*, a pag. 598-600. Obvii equidem iterum sunt nonnulli numerorum ligno insculptorum icones, verum non tam frequentes, ac in prima parte reperiuntur.

§. XIV.

Letalem interea morbum optimus noster REINECCIVS contraxerat ex infelici lapsu, qui etiam d. 16. Aprilis a. 1595. rebus humanis eum exemit, cum annum ageter quartum supra quinquagesimum (t). Sed in lectulo suo

(t) Vid. *Narrat. de vita Rein. Reineccii*, ap. ROLLIVM, l. c. p. 64.

fuo æger decumbens, curam scriptorum suorum non abiecit REINECCIUS noster, eorumque editionem commendavit amico & collega suo optimo, HENRICO MEIBOMIO, *Seniori*, id quod MARTINVS BRASCHIVS (u) eleganter admodum ita expressit:

Nunc iacet heu primo senii de limine raptus;

Atque infecta simul tot monumenta iacent.

Te tamen extrema Meibomi affatus in hora,

Leibiser ut tetigit frigida crura rigor.

Dicitur ille Tibi, longum obrestatus amorem,

Scita voluntatis summa dedisse sue.

Inque tuos, lento quæcunque volumina torno

Non satis exegit deposuisse sinus

Ergo age commissis solers accingere curis,

Neu sine, tot, pereant, quæ peperere dies.

Sic fas est manes fratris placare peremti,

Fallenti fiant ne tibi forte graves.

§. XV.

Expetium a moribundo REINECCIO officium exsolvit etiam incomparabilis MEIBOMIVS, ediditque cum privilegijs *Sacratiss. Cæs. Maiest., Regis Galliar. & Regine Angliæ, Helmestadii, typis iterum Jac. Lucii, sumtibus Ambrosii Kirchneri, Bibliopole Magdeburg., an. MDXCVII, in folio, Historiæ Iulie sive Syntagmatis Heroici Partem tertiam, qua, (uti titulus habet,) exponitur Monarchia tertia, id est, Regnum Macedonicum, & alia partim Macedoniae originis, partim solo tempore respondentia, in universum XXXIX. exponuntur insuper Terrarchia una, Tyrannides XIII., Republicæ VI. Aversæ tituli parti impressa sunt insignia IO. IAGEMANNI, in *Hardegfen & Gertingen*, D. HENRICI IVLII *Cancellarii*, ligno incisa, cum epigrammate H. MEIBOMII in eiusdem IAGEMANNI Symbolo:*

C 3

lum:

(u) In carmine ad H. Meibomium, quod præfixum est *Parti III. Historiæ Iulie* (4. a. sq.

Iam: *in via virtuti nulla via est.* Eidem insuper IAGEMANNO inscripsit hanc *tertiam* Historiæ Juliae partem b. MEIBOMIVS, data epistola dedicatoria *Hehnstadii d. XVI. Februarii, cl. l. l. l. c.* Excipiunt eam *carmina* MART. BRASCHII, *Rostochii d. 18 Jun. 1595.* exaratum, & M. SAM. SCHARLACHII, denique comparet memorata sub initium huius Programmatis *Narratio de vita Rein. Reineccii &c.*, atque hæc omnia complent *folia sex.* Quæ MEIBOMII in edendo hoc tertio Tomo partes fuerint, ipse (x) indicat; nimirum cum b. REINECCIO ultimam operi manum addere, & tabulas genealogicas annectere per mortem immaturam non licuisset, adeoque opus quidem confectum, sed non perfectum reliquisset, MEIBOMIVS omni allaboravit studio, ut hæc tertia Pars ad instar priorum in lucem publicam prodiret, id quod etiam feliciter præstitit, ut ex recensione eius palam fiet.

§. XVI.

Restat itaque, ut & *tertiae Partis* contenta breviter exponam. Complectitur ea *paginas sexcentas nonaginta quinque*, & primo exhibet loco *Regnum & familias Regum Macedoniae* a pag. 1-55. Tum sequitur *Introductio in Regna ex Alexandri M. monarchia proprie & proxime orta*, qualia allegat *Ægyptium, Syriacum, Asiaticum & Macedonicum*, a pag. 56-58. Subnectit dein *Regna*: 1) *Ægyptium*, 58-79., 2) *Syriacum Seleucidarum*, 80-97., 3) *Pergamense*, 98-108., indicem postea pag. 109. sq. adiecit cæterorum Imperiorum, quæ ipsa partim e *tertia Monarchia orta*, partim sub ea vel inchoata, vel nobilitata fuerunt, & hæc regna sequenti ordine se excipiunt: 1) in ASIA: 4) *Regnum Cappadocicum*, a pag. 111.-127., 5) *Ponticum & immixtum Bosporianum*, 128-143., 6) *Paphlagonicum*, 144-149., 7) *Bithynicum*, 150-177., 8) *Indicum*, 177-195., 9) *Medicum*

(x) In *Dedicatione*)(2. a.

cum Atropatena, 196-199., 10) Bactrianum, 199-202., 11)
 Parthicum Arfacidarum, 203-226., 12) Armeniacum, 227-
 238., 13) Iudaicum, 239-274., 14) Commagenum, 274-276.,
 15) Chalcidicum, 276-278., 16) Emesenum, 278. sq., 17)
 Edessanum, 280-284., 18) Adiabenicum, 285-288., 19) Cha-
 racenum & Elymaicum, 288-290., 20) Arabicum, 290-304.,
 21) Ituricum, 305. sq., 22) Colchicum, 307.-316., 23) Ibe-
 ricum, 316-320., 24) Albanicum, 321.-324.; II) in AFRI-
 CA: 25) Cyrenaicum, cum annexa Tyrannide, 325-328.,
 26) Libyicum, 329-334., 27) Numidicum, 334-348., 28)
 Mauritanicum, 349-355.; III) in EUROPA: 29) Atha-
 manicum, 356. sq., 30) Illyricum, 357-371., 31) Istricum,
 371. sq., 32) Noricum, 373-376., 33) Alpinum, 376-379.,
 34) Bastarnicum, 379.-381., 35) Cimbricum, 381.-392.,
 36) Teutonicum iteratum, 392.-396., 37) Germanicum,
 397.-450., 38) Sarmaticum, 450-470., & denique 39)
 Britannicum, a pag. 470-489. Hac regna insequitur Te-
 trarchia Galatica, 490-509. Tum occurrunt Tyranni-
 des XIII. viz. I) ex ASIA: 1) Beroënsis, pag. 510., 2) Tar-
 sensis, pag. ead., 3) Cibyrea, p. 511-513., 4) Amisena,
 513. sq., 5) Tralliana, 514. sq., & 6) Coloponia, 516-518.;
 II) ex EUROPA: 7) Spartana, 518-521., 8) Megapolitana,
 522-531., 9) Hermionensis, 531. sq., 10) Elea, 532-536.,
 II) Atheniensis, 536-547., 12) Cardiana, 548-550., &
 tandem 13) Casandrensis, pag. 551. sq. Agmen denique
 claudunt Respublice sex, scilicet I) ex ASIA: 1) Rhodia,
 a pag. 553-563., II) ex EUROPA: 2) Aetolica, 563.-572.,
 3) Acarnanica, 572-579., 4) Corinthia, 579-581., 5) A-
 chaica, 581.-588., & quæ 6) ac ultima est, Massiliensis a
 pag. 589-595. Subiuncti sunt duo indices copiosissimi de-
 cem folia complectentes, & ultimo loco comparent stem-
 mata sive tabulæ genealogica Familiarum, quæ paginas
 septuaginta complent. Denique & hoc notandum est,
 extare & in hac tertia parte nonnullos, quamvis vario-
 res, numerorum ligno inculptorum iconifimos.

§. XVII.

Immaturato & inopinato REINECCII ex hac vita discessu opus eius genealogicum, cui tot annorum vigiliis impendit, proh dolor! fuit interruptum, id quod MART. BRASCHIVS, l. supra c., hoc disticho pulcherrime admodum expressit:

*Ab quod nondum etiam supremo sine dolatum
Grande tot annorum funera rupit opus!*

Animo enim secum constituerat REINECCIVS noster, & quartam addere Monarchiam, cuius etiam iam prima duxerat lineamenta. Servat nimirum augusta Bibliotheca Ducalis Guelferbytana, quod toto orbe celebratissimum Musarum armamentarium nuper admodum non sine summa animi voluptate oculis lustravi meis, *Codicem in folio*, ipsius REINECCII manu scriptum, cui titulus præfixus est: *Gentes recentiores, hoc est, quarum nomen, res gestæ, imperia sub Rom. Monarchia inclavere, quæque adeo ex ruina huius creverunt, & a Scriptoribus iidem recentibus celebrate sunt.* Continet hoc Autographum Reineccianum collectanea ad quartam Historiæ Julix partem, multo labore & magno studio undique congesta, quod venerandum cimelium, me iudice, dignissimum est, quod, ceteris indefessæ REINECCII diligentix, in tam regio, ac Augusta Bibliotheca Ducalis merito est, thesauro sollicitè asservetur, ac mordaci temporis eripiatur. Nimis prolixus equidem hucusque fui in recensendis REINECCII in genealogiam meritis; verum hoc non obstante non possum non, quin adhuc duo elogia, ex tot aliis, quæ Reineccianis scriptis genealogicis impertita fuere, selecta subiiciam. Primum autorem habet summum virum, IAC. THVANVM, qui (y) REINECCII Historiam Juliam summa diligentia ac fide concinnatam prædicat. Alterum pro-

(y) In *Historia sui temporis*, ad a. 1595. L. CXIII. T. V. p. 570 & 571. Aurelian. a. 1620.

IVXX


profectum est a. b. STRUVIO (z), & ita sonat: REIN-
REINECCI *Historia Iulia* -- cum ab exteris cupide sit coëta,
rarior est in patria. Opus sane insigne, in quo familias il-
lustres priorum Monarchiarum, sive regias, sive principales
& heroum persequitur & accurate deducit, ita ut ad ex-
plicationem veterum historiarum, numerumque optime fa-
ciat.

§. XVIII.

Nunc ad vos, GENEROSISSIMI, PRÆNOBILIS-
SIMI ac DOCTISSIMI DNN. COMMILITONES, FAV-
TORES & AMICI CARISSIMI, quorum gratia cumprimis
hoc programma abs me fuit conscriptum, sermo deflec-
tendus est. Evocavit *Serenissimus* CAROLVS *noster*, quem
Deus amet! me, nihil tale opinantem, cum fortunarum
meorum sedem in longe alia terra quærerem, in hanc A-
cademiam, ut iis operam meam qualemcunque commo-
dem, qui Historiarum solida cognitione viam sibi sternere
volunt ad intimiorem reliquarum artium & scientiarum no-
titiam. Cum itaque huic *clementissime vocationi*, quam abs-
que ulla animi iactantia *vere divinam* prædico, submississi-
ma mente locum dederim, inque *almam Iuliam Carolinam*
me contulerim, benignissimis mandatis *Serenissimi mei*
Principis ac Domini morem gerere annitar. *Publice* ita-
que ab h. VII. *matutina* docebo *Historiam seculi*, in quo
degimus, usui futuram omnis generis eruditionis Studiosis,
cum de maximis, qui hodiernum accidunt, euentibus so-
lidum & supra vulgus sapiens iudicium ferri nequit, nisi
in subsidium vocemus *Historiam* ab initio huius seculi.
Plenius hoc expositi in *præfatione Compendii mei*, quod sub
titulo: *Entwurf der politischen Historie des XVIII. Iahr-*
hunderts, his nundinis in publicum prodibit, & ad cuius
filium *Prelectiones meas publicas*, e *clementissimo* *Sere-*
nissimi nostri Ducis mandato in *Auditorio Philosophico* ha-
bendas, instituiam. *Privatim* explicabo I) *Historiam civi-*
D
lem

(z) In eius *Bibliorb. histor.* p. m. 1685.

lem præcipuorum Europæ Regnorum & Rerumpublicarum ab h. VIII., ad ductum Delineationis vernaculo sermone conscriptæ ab ill. GEBAUERO, Patrono ac Præceptore meo colendissimo; II) Historiam Regni atque Imperii Germanici, h. II. - III., ducem secuturus systema optimi ac venerandi mei Præceptoris, KOELERI. Historiam autem Imperii nostri docebo methodo vere pragmatica, ea sedulo & cum primis notaturus, quæ usum præbere possunt in addiscenda Iuris publici S. R. I. scientia. Porro cum Serenissimi mei Principis gratiosissima voluntas & hoc abs me postulaverit, ut modo dicti Iuris publici S. R. I. scientiam illis tradam, qui fiduciam in mea qualiacunque studia posuerint; hanc scholam aperiam h. X. - XI., & Iuris nostri publici præcepta ex vnica eorum, & certissima & tutissima, norma, Legibus scilicet Imperii petita, tradam, ad ductum compendii ill. SCHMAUSSII, Patroni mei honoratissimi ac Præceptoris fidelissimi, quod his nundinis vernalibus Lipsiæ in lucem emittetur. Has privatas lectiones in acroaterio meo domestico instituum, easque omnes & singulas, ut & publicas, proximo die Lune, qui erit d. II. Maii, B. C. D. incipiam. Nec denique hoc Vos silere volo, quod simulac reculas meas librarias in ordinem redegero, a variisque, quæ hominem novum in nova Academia, premunt impedimentis liberatus fuero, in animum induxerim, binis per singulas septimanas horis aperiendi Collegium in codicillos novorum politicorum, vulgo ein Zeitungs Collegium, quod vero suo tempore, peculiari quodam schediasmate, vobis indicabo. Quod reliquum est, valete, AMICI SVAVISSIMI, & frequentia VESTRA me, studiis VESTRIS vnice datum & dicatum, alacriorem reddite. P. P. in Academia IVLIA CAROLINA, quæ Helmstadii floret, in vigilia Dominica IVBILATE, A. C. 1766 XXXVI.



00 A 6427

ULB Halle
002 927 292


3



0018

R





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

PROGRAMMA PRIMVM
DE

22 21
ERI REINECCII

STEINHEMII
HISTORICI HELMSTADIENSIS

MERITIS
IN
HEM HISTORIAM

VT ET
ACADEMIAM IVLIAM

PVBLCICE PROPOSITVM
A
DOMINICO HÆBERLIN

VLMANO
CVM
HISTORIARVM EXTRAORDINARIAM
ENTISSIME SIBI DEMANDATAM

ADIRET
SIMVL
S CVM PVBLCICAS TVM PRIVATAS
PER

SEMESTRE AESTIVVM
HABENDAS
INDICANS.

HELMSTADII
S SCHNORRIANIS
A. C. clo l^o ccxxxxvi.